



**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1681

cxxii [i.e. xii]. Causa efficiens nequit naturaliter agere in distans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

producere aliud accidens in subjecto extra-
neo, ut id contingit, dum aquæ calefactæ calor
producit calorē in manu mea, ad quā calefa-
ctionem forma aquæ nō concurrit effectivè.

XII. Causa efficiens, cum non tantum
producat effectum in spacio sibi contiguo,
sed & in remoto, intra sphæram tamen lux
activitatis (si enim sol produceret solum lu-
cem in aëre sibi contiguo, hæc lux dein absq;
solis concursu producit aliā lucem in aëre sibi
contiguo, hæc rursus lucem sequentem in se-
quente aëris parte, ja tanta erit lux in lateribus
cōclavis, à quibus ad solē linea recta ducine-
quit, quam in loco undequaque patulo, cum
æquè his partibus lux approximetur; imo
stylus in horologio solari nō jacet umbram,
si lux horologio cōtigua illud sola illuminet)
debet eidē spatio, cui per suam entitatem seu
cōtiguitate formalī & immeditatione suppositi
præsens non est, approximari per contactū &
immediationem virtutis, diffundendo à se &
cōtinuando per medium actionem, vel etiam
virtutes aliasve qualitates (quales quamplati-
mæ per medium diffunduntur, et si nobis sint
imperceptibiles, ut odor, ex quo canis inquirit
feras, qualitates morbidæ & venenatæ ab ar-
gris,

gris aliisve venenatis bestiis exhalatæ, qualitas
attractiva magnetica; expulsivæ rerum alia-
rum, aliterq; sympatheticæ aut antipathicæ)
& producendo unâ cum his qualitatibus ef-
fectus similes in medio, etsi hi ob medii ra-
ritatem, & subtilitatem quandoq; non no-
tentur, vel si in eo similes effectus non pro-
ducat, id evenit, ob medii indispositionem.
Nisi enim sic agat in passum distans, aliquid
agendo diffundendoq; per medium, jam
interpositus v. g. paries inter ignem meam-
q; manum, inter objectum & oculum non
impediret, quò minus illa caleficeret, hic re-
ciperet species; cum interpositus hic paries
non impedit actionem, minuendo vires a-
gentis, nec resistendo formaliter illi illiusq; effectui v. g. calori (nam formalis resistentia
dicit informationem impedientis in subje-
cto impedito, qualiter paries impediens non
informat manum & oculum impeditum à
recipiendis speciebus & calore) sed tantum
quia actioni ejusq; effectui impervius est,
sive quia in eo actio ejusq; effectus non re-
cipitur & continuatur: si ergo opus non est,
actionem aliumve effectum tranfundi per
medium, paries intermedius eum non im-
pediet;

pediet; Item nisi agens agendo per medium activitatis suæ vires exauriret, poterit agere in passum quantumcunque distans, haberetque illimitataim activitatis sphæram, quæ ideo tantum limitata agentibus creatis assig-
natur, quia vis eorum activa agendo per medium exauritur. Quod si tamen in me-
dio, per quod agenti v. g. igni A agendum
est, existaret aliud agens simile v. g. ignis B.
(qualiter se etiam habent ultimi palmi e-
iusdem ignis, suppono enim, non tantum
superficiem ignis passo contiguam agere, sed
& reliquas latitudinis partes, cum constet
experienciam, ignem latum tribus palmis plus
calefacere, quam latum uno digito) ignis
A in igne B, vel etiam palmi posteriores in
palmis eiusdem ignis intermediis nihil pro-
ducent, quia inveniunt agens sibi simile.
Continuabit tamen in hoc casu ignis A a-
ctionem suam formaliter per ignem B, et
si in eo nihil producat, & una cum igne
B tanquam partiale principium calefaciet
manum existentem post ignem B. vel con-
tinuabit actionem virtualiter, quæ virtua-
lis continuatio in eo consistit, quod quia
ignis A inveniat in igne intermedio eandem
qua-

qualitatem, quam intendebat producere,
retineat virtutem ulterius continuandi actionem.

XIII. Nihilominus potest agens creatum
divinitus agere in passum distans quantum-
cumque, etiam extra sphæram activitatis, ni-
hil agendo in medio aut transmittendo per
illud, non quod agens producat hic v. g. in
spatio A actionem, illamque dein sine tran-
fido medio, transferat ad spatiū D, sed quod
non producat illam, ubi ipsum entitative est,
sed ubi ipsum entitative non est: in quo casu
Deus non suppleret virtutem intrinsecam a-
gentis, sed conditionem determinatim so-
luminodò agens ad agendum, Deumque ad
præbendum concursum, & physicè in effe-
ctum non influentem, præberetque concur-
sum suum, quem agens in his circumstan-
tiis exigere nequibat. Ad hoc itaque, ut a-
gens existens hic v. g. in spatio A, operetur,
opus non est, ut effectus quoque & passum
existat hic in spatio A; vel etiam ad hoc, ut a-
gens operetur in spatiū B, opus non est, ut
agens existat in spatio B, sed satis est, ut ab a-
gente existente hic v. g. in spatio A, profluar
actio